

ALLOCUTIONES

*Ad Patres Societatis lésa m ΛΛ/Y Congregatione generali electores**

Quamvis inquieti et difficiles volvantur dies, Ro:^{Ti}ae legiti: ^{it}um coetum vestrum seu generalem Congregationem ipsi, dilectissimi Nobis, coegistis; et nunc concorditer et actuose, tranquille et operose, Ordinis vestri negotiis consulitis, ut is magis magisque, coalescentibus viribus et disciplina roborata, Dei laudem provehat et Ecclesiae utilitati deser- viat. Ex quo coetu vestro ia:⁴¹ praecipuus maturuit fructus: novum enim delegistis vestrum generalem Praepositum, quem heic adstantein animo oculisque Nostris amplectimur. Dignus ipse sit eo, in cuius locum suc- cessit, yv lodi miro Ledôchowski, quem profecto pietate, prudentia aliisque virtutibus inter Praepositos generales insignem, tum duo ultimi Deces- sores Nostri, tum Nos ipsi vivum magni fecimus ac defunctum multo desiderio modo Nos vobiscum dedemus. Supremus hic vester moderator, eadem constantia et alacritate ac ille, Societatis Iesu bono provideat et eius novis necessitatibus prospiciat.

Calamitosum recens confectum bellum Ordini vestro, aut saltem com- pluribus eius Provinciis et sacris expeditionibus, non pepercit. Haud pauci sodales vestri ob pugnas et missilia morte intercepti; multi ad si- gna arcessiti vel ad dura opera damnati; multi bello capti frigus, ino- piā, vexationes, onerosos labores et praesertim diurna captivitatis taedia et aegritudines perpessi sunt.

At Societas Iesu, mater vestra, miscens gaudia moeroribus, Psalmista iure potest verbis uti: « Cum anxietates multiplicantur in corde meo, consolationes tuae delectant animam meam ».¹ Nonne id singulari Dei muneri et beneficio tribuendum est quod ipsa, quamvis procellosa labantur bempora, gregalium suorum auctas adhuc videt cohortes et praeclaris documentis perspicit probatas virtutes/ Miramur profecto vobiscum evangelicae vitae exempla, quibus sodales vestri inter milites et captivos versantes enituerunt; miramur apostolici laboris multifor- mem sollertia, qua sacerdotes aliquie ex agmine vestro commilitonibus Christi salutem, pacem, laetitiam portaverunt. Quid autem dicendum de apostolicis inceptis, quae sodales in regionibus a victoribus exercitiis occupatis, interdum non sine capitis periculo, suscepserunt! Am-

* Die 17 mensis Septembria a. 1946 habita.

¹ Pe. 9S. 19.

plissima quidem, eorum virtuti laus debetur aequa et caritati, quam Provinciae vestrae, minoribus belli nocumentis affectae, actuosam contulerunt in commodum atque utilitatem fratrum, qui miseriis et aerumnis premuntur, qui tot necessariis rebus indigent, (pii in lacrimabiles ruinas reparandas incumbunt. Neque operositas vestra his tantum circumscripta est terminis. Cum bellicae conflagrationi finis impositus est, ipsi, Dei auxilio freti, non solum adacta contentione rebus vestris providistis, novitorum domus et doctrinae domicilia in pristinum vel meliorem statum restituistis, sed etiam certatim religiosi, moralis, socialis ordinis instaurationi et emendationi, magnae molis opus, vos devovistis et, quantum fieri poterat, animos hominum odiis asperatos lenire contendistis.

Nihil nunc praesentitis et instantius postulatur, dilectissimi Nobis, quam ut religionis imperium et Christiana morum disciplina debitum in honorem et vigorem restituantur. Pro dolor, diffusa immortalium bonorum neglegentia, in (piae tempora incidimus. In quovis hominum coetu inveniuntur, qui omnino catholicam fidem, immo ipsius religionis rudimenta ignorent; inveniuntur ii, quibus nihil nefas in facinore et in libidine sit, qui etiam primaria morum paecepta et iustitiae normas negligant; sunt phrenetici, qui saeviant in sacra, et lethargici, (pii ea cordes praetermittant; per integras regiones et civitates socialis ordo penitus immutatur. Mala sunt tempora, quia mali sunt homines. Debent homines fieri boni, ut bona fiant et tempora.

Sentit, intelligit Ecclesia ad se summopere pertinere tantam malorum colluviem repellere, aegris gentibus mederi. Et hoc opus ipsa aggreditur, summe freta Dei auxilio et gratia. Nam etiam ad nostra tempora aptari potest illud Doctoris gentium: « Tibi abundavit delictum, superabundavit gratia».2 Etiam nostris temporibus «Sol salutis» refulget, cum Christus nos quoque ad apostolicum laborem invitet voce illa: « Levate oculos vestros et videte regiones, quia albae sunt iam ad messem ».3 Haec vox divini Redemptoris de sacris expeditionibus in primis valet eisque mirum affert solamen. At valet etiam de terris et populis olim ex toto Christianis et catholicis; passim namque religiosus fervor Christifidelium augetur et novis incitamentis inflammatur; passim oculi et mentes hominum in Ecclesiam attolluntur, ab ea potius quam a quolibet alio salutem expectantes; passim plurimi sunt ii, qui vere « esuriunt et sitiunt iustitiam »,4 divinaeque lucis et gratiae desiderio flagrant.

En grande opus ab Ecclesia perficiendum ! In hoc assequendo propo-

¹ Coni. 5. 2Ü.

³ Io. -4, 35.

⁴ Matth. 3. 6.

sito ipsa vobi giosa professi Nostra decidi agendi amor ad sanctissin et alios multi Servandae fore sponden ijv.si expleatis earundem pr sunt, si id cc immutando ;i (piam tangati onis annus, runt et cuiii succrescit : n mnorm inst Haec vero su efficax. Qtieii intervalla m Dei semper qua ii ad ag magis disper operibus noc

Si veri m mini, ut, toti imbuti," soli' omnes facul nitamini, ut Christi iiiem pravi amoris motus coerc ad omnia ofl efficiemini.

Ex lioc e mentis innit tia. (piae eo rum nutum

¹ en.. /:pi

sito ipsa vobis quoque confidit, vestro devovendi vos studio confidit, religiosa professione vestra vestraque doctrina inaxi ⁱⁱ e confidit. Num vacua Nostra decidet spes? Nullo modo. Experiundo novimus, quantus strenue agendi amor vos moveat et incendat. Iesu causa agitur; et Societas Iesu ad sanctissimum huiusmodi parandum triumphum magnopere conferet et alios multos in suum traducet exemplum.

Servandaе autem vobis sunt nonnullae condiciones, ut quod Nobis fore s]ondemus fausto eventu contingat, et exspectationem nostram ipsi expleatis. Ante omnia oportet Constitutionibus vestris et universis earundem praescriptis firme fideles sitis. Instituta Ordinis vestri possunt, si id congruens esse videatur, ad nova temporis adiuncta Mc illic immutando accommodari: attamen quod praecipuum in iis est, nequam tangatur perpetmimque consistat. Exempli gratia: tertius probationis annus, (piem aliae religiosae familiae vos imitatae sibi adsumpserunt et cuius lieneficio intimae spiritalis vitae vena in vobis ulterior succrescit: meditationis et silentii consuetudines praesertimque de alumnorum institutione a maioribus receptae normae indemnes serventur. Haec vero sueta vobis institutio diurna est, at hac de causa actuosa et efficax. Quemadmodum ut robustae quercus solidentur, longa temporis intervalla necessaria sunt, ita longa patientia ad formandum virum Dei semper requiritur. Refrenetur igitur iuvenum generosa audentia, qua ii ad agendum intempestive rapiuntur: nimis propera operositas magis disperdit quam aedificat, eaque tum agenti tum ipsis apostolicis operibus nocet.

Si veri nominis et intrepidi apostoli esse velitis, in id adsidue nitamini, ut, toti spiritu Exercitorum S. Patris vestri Ignatii instituti atque imbuti," solidas supernatureles virtutes vobis comparetis et fide ardenti omnes facultates vestras in famulatum Christi Domini impendatis; nitamini, ut hac via caelestis gratiae <q>es. utpote viva mystici Corporis Christi membra vobis augeatis: divini Redemptoris caritate permoti, pravi amoris sui sensus contundite, abnegate vos, in primis animorum motus coercendo moderandoque, cuius quidem abstinentiae disciplina ad omnia officia explenda, ad omnia ardua exantlanda idonei et parati efficiemini.

Ex hoc etiam fiet, ut oboedientiae virtus numquam concussis fundamentis innitatur. Tessera vestra, laus vestra, firmitas vestra oboedientia (piae eo (piam ⁿ axime s]M*ctet ojortet, ut ad moderatorum vestrorum nutum omnino flexibiles sitis sine querimoniis, sine murmuratio-

¹ (*fr. I'.pil. hf*I. X. 1. n. 174 bi.s.

nibus, sine reprehendenda censura, quae, nostrae aetatis morbus, dissipat viros atque languida et infructuosa apostolica reddit incepta. One rosa, quae austera oboedientia imponit, fient vobis levia, afflante caritate, quae si adest, Deus ipse adest, quia «Deus caritas est». Sit ergo in vobis «caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta».⁶

Vestrum est nomine et re non solum viros vere religiosos, sed magnae quoque doctrinae esse. Ipsi officium exercetis, sive ore sive scriptis, theologiam, Sacras Litteras, ceterasque ecclesiasticas disciplinas, philosophiam quoque docendi: eximius hic vobis honor, nobilis labor, at magna quoque suscepti huius ministerii vobis ratio impendet. Universis et singulis, quibus haec concredita provincia est, alta sonat Apostoli vox: «O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis Scientiae».⁷

Societatis Iesu igitur sodales, ut tantae spei fideliter respondeant, omni diligentia suas observent leges, quae ipsis praecipiunt, ut «tamquam solidiorem, securiorem, magis approbatam Constitutionibusque consentaneam» doctrinam S. Thomae sequantur⁸ iidemque indeflexa constantia, agmini vestro consueta, Ecclesiae magisterio haereant, habentes, ut ipsis Sancti Societatis vestræ Conditoris verbis utamur, «animum paratum et promptum ad obediendum in omnibus verae Sponsæ Christi Domini nostri, quae est nostra sancta Mater Ecclesia Hierarchica», et «credendo inter Christum Dominum nostrum Sponsum et Ecclesiam eius Sponsam eundem esse spiritum, qui nos gubernat et regit ad salutem animarum nostrarum; quia per eundem spiritum et Dominum nostrum, qui dedit decem mandata, regitur et gubernatur sancta nostra Mater Ecclesia».⁹

Quodsi iidem apprime fidem debent colere, debent etiam accuratam perfectamque scientiam sibi adipisci et, praeclara sui Instituti vestigia secuti, doctrinarum progressus, quantum possunt et quomodo possunt, sectari, id sibi persuasum habentes, se hoc itinere, quamvis aspero, plurimum ad maiorem Dei gloriam et ad aedificationem Ecclesiae conferre posse. Insuper suae aetatis hominibus, sive ore sive scriptis, debent ita loqui, ut intelligente! et libenter audiantur. Ex quo id infertur, ut in proponendis et proferendis quaestionibus, in argumentationibus ducendis, in dicendi quoque genere diligendo, oporteat sui saeculi ingenio et propensioni sapienter orationem suam accommodent. At quod immuta-

⁶ 1 Jim. 1, 5.

⁷ 1 Tim. 4, 20.

⁸ Cf. *Hypoth. nn. illu* 31S.

⁹ *Exerc. spirit.*, *Ilegnat* a*l* sentiendum cum Eccl.

bile est
ratione
rebus,
amplec
dogmat

Dur
betis, c
stigare
difficul
xilium
rumtar
doctrin
oinilim
que ab
dabilis
potest,
dulgea

Id
bis am
q nocui
causae
agite,
lesu C

*Ad P
cat*

*Pa
qui R
gener
que d
Ordo
gelii*

*Q'
gener*

bile est, nemo turbet et moveat. Plura dicta sunt, at non satis explorata ratione, «de nova theologia» quae cum universis semper volventibus rebus, una volvatur, semper itura nnnquam perventura. Si talis opinio amplectenda esse videatur, quid fiet de nnnquam immutandis catholicis dogmatibus, quid de fidei unitate et stabilitate?

Dum igitur inocciduam Veritatem vereri sanctum sollemneque habetis, operam date problemata, (piae labens fert tempus, studiose investigare et exsolvore, praesertim si ea eruditis christifidelibus obstacula et difficultates progignere possint; (juin etiam eadem illustrando, in auxilium convertentes impedimentum, illorum fidem inde confirmate. Verum tamen, cum novae vel liberae agitantur quaestiones, catholicae doctrinae principia semper mentibus praefulgeant; quod in re theologica omnino novum sonat, evigilanti cautione perpendatur; certum firmumque ab eo, quod coniectura ducitur, ab eo, quod labilis nec semper laudabilis mos etiam in theologiam et philosophiam introducere et invehere potest, secernatur; errantibus amica praebeatur manus, nihil autem indulgeatur opinionum erroribus.

Id vos cohortati, dilectissimi Nobis, Apostolicam Benedictionem vobis amanter impertimus ac multa prece Dei auxilium, sine quo nihil, quocum possumus omnia, vobis devocamus, ut sanctissimae Evangelii causae antiquo ritu, novo studio vos vestraque addicatis. Fortia fortes agite. «Crescite vero in gratia et cognitione Domini nostri et Salvatoris Iesu Christi. Ipsi gloria et nunc et in diem aeternitatis. Arnen ».¹⁰

II

Ad P&tres delegatos ad Capitulum generale Ordinis Fratrum Praedicatorum A

Par est laeto Nos amantique animo excipere vos, Dominicanici sodales, qui Romae legitimum religiosae familiae vestrae coetum seu Capitulum generale celebratis. Cuius processus operamque attente prosequimur, neque dubitamus hoc bonos optatos exitus eventusque pariturum esse, ut Ordo vester, confirmata disciplina et viribus auctis, ad salutares Evangelii triumphos magis magisque conferat.

Quod ut ad sententiam contingat Nobis spem initit novus Magister generalis, suffragiis vestris delectus. Iuvat igitur eum heic praesentem

» 2 Pctr. 3, 18.

* !>le 22 mensis Septembria a. 194(î) habita.

nunc Nos salutare; iuvat Nos palam agnoscere copiosa promerita, quae dilectus filius Murtinus Gillet in diurno fungendo supremi moderatoris vestri munere sibi comparavit.

Cogitantibus et reputantibus Nobis, in quanam re opportune et utiliter sermo Noster versari posset, aliqua verba, quae in Constitutionibus vestris continentur, oculis nostris occurserunt, quae quidem meditatione digna esse videntur: «*in pace continui, in studio assidui, in praedicatione ferrantes*».¹ Breve effatum, grandis sententia; exiguus verborum circuitus, grave praceptorum pondus: enitet namque illic praecipuarum virtutum forma, quae lectae et dilectae S. Dominici suboli gloriosi itineris erit auspicium, meta, sidus.

In pace continui. Non loquimur fucato nomine pacem, difficilem obtentu, facilem amissu, insidiarum plenam. Veram, solidam, sinceram pacem intelligimns, quae filia est caritatis et parens sanctae laetitiae, teste divino oraculo: «*Pax multa diligentibus legem tuam*»² et: «*Qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium*».³

Pax huiusmodi pulcherrimum donum est Christi, quod mundus neque dare neque eripere a nobis potest, sed nobis tantum inaniter iotest invidere, quin etiam pax est Christus: «*Ipse enim est pax nostra*»:⁴ Christus videlicet, qui incolit et animat pectora nostra, cuius sumus, si bene vivimus. Cum autem pax sit operosarum virtutum consensio, semper alacriores incumbite, ut corpus subientes animo et animum Deo, evangelica florentes gratia, desiderio et cogitatione Angelis, opere hominibus placeatis. Absistat a vobis quidquid fraternam potest turbare concordiam, (piae religiosos viros summopere decet eosdemque placi-dae sapientiae afficit ornamento. Sit inter vos praeesse fidele adiumentum, sit subesse iuge holocaustum, praefulgeat caeteris vita vestra ut viva norma et praeclarum Christianae professionis exemplum.

In studio assidui. Non est pax vestra languidum otium; habet immo- ea negotium, quod quodlibet aliud granditate et praestantia adaequat. Vestrum enim est doctrinae studio pollere, praesertim divinarum rerum uberiore in diem notitia ditescere, vera caelitus data meditari, illustrare, defendere. Unumquemque igitur vestrum exstimplent ad copiosiorem semper scientiam assequendam, a sanctitudine morum non disclusam, illa S. Hieronymi opportuna hortamenta: «*Numquam de manu et oculis tuis recedat liber: discatur Psalterium ad verbum; oratio sine intermis-*

¹ N. 452.

² IIS, ICm.

Urar. 12. 2(1).

³ Hf/h. 2. 14.

sione ; vigil sensus, nec variis cogitationibus patens. Corpus pariter animusque tendatur ad Dominum ».⁶

Ipsi, qui theologiae et philosophiae excolendis semper praecipuuni locum addixistis, iure ineritoque vobis eximiam laudem vindicatis : S- Thomam Aquinatem, harum disciplinarum communem Magistrum, Ecclesiae dedistis, cuius sive in tironibus erudiendis, sive in absconditorum verorum investigatoribus porro ducendis, singularis est auctoritas, ipso in Codice iuris canonici decretorio modo asserta : « Philosophiae rationalis ac theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem professores omnino pertractent ad Angelici Doctrinis rationem. doctrinam et principia, eaque sancte teneant»."

Quod quidem praescriptum (planti faciendum sit, D(*cessorum Nostrorum consilia vestigiaque secuti, alias animadvertisimus.⁷ Hac autem in re nunc minoris videntur esse momenti quaestiones, in quibus sub ecclesiastici magisterii ductu anspicioque semper libera fuit opinandi et disputandi potestas, quantaecumque eaedem in philosophicis et theologicis indagationibus et disceptationibus ducendae sunt. Eoque minus nunc sermo est de illis doctrinarum ad physica seu ad rerum naturam attinentium opinationibus et formulis, quae praeteriti temporis propriae et peculiares erant, aut de illarum consectariis, quatenus quidem opiniones illas nostra aetate reperta et inventa humanarum disciplinarum exsuperarunt et prætergressa sunt : quibus repertis et inventis Ecclesia favet, nedum adveretur. ea provehit, nedum metuat.

Nunc vero agitur de ipsis philosophiae perennis et theologiae fundamentis, «piae quaelibet ratio et disciplina, re ac nomine catholica aestimanda, agnoscit et veretur; agitur de scientia et de tide, de earum natura ac mutua ratione: agitur de ipsa fidei basi, (piam nullum censurae indicium labefactet: agitur de veris a Deo patefactis, an nempe mentis acies ea certis notionibus penetrare atque ex eis ulteriora colligere possit. Paucis dicimus: de hac re quaeritur, an videlicet quod S. Thomas Aquinas aedificavit, ultra et supra quiodliliet tempus una compositis et compactis elementis, quae omnium temporum christiana sapientiae cultores suppeditaverant, solida rupe innitatur, perpetuo vigeat et valeat, catholicae fidei depositum efficaci praesidio etiam nunc tueatur, novis quoque theologiae et philosophiae progressibus seculo usui et moderamini sit.

persuasum habeat hoc itinere ad
veritatem cognoscendam et solidandam tuto procedi. Ideo Constitutione

i S. H*e*li*o*ny*m* E*p.* l*i*» <*id l*nflicitni*, η. 11 : M*κι* ./*<

‘ Cnn. § 2.

’ Cff. A*chi Ap.* Sedix, 1^oC^oII. pp. 24(1) 247.

Apostolica « Deus scientiarum Dominus », die xxiv Maii anno m c m x x i edita, ipsa memoratam praescriptionem Codicis iuris Canonici confirmavit. Philosophia proponatur oportet — hoc ibidem praecipitur — « ita ut auditores plena cohaerentique synthesis doctrinae ad methodum et principia S. Thomae Aquinatis instituantur » ; et in theologia, « veritatibus fidei expositis et ex sacra Scriptura et Traditione demonstratis, earum veritatum natura et intima ratio ad principia et doctrinam S. Thomae Aquinatis investigentur et illustrentur ».⁸

Quodsi opus fuerit arduum non contigerit, ut experientia et usus ostendunt, laicis hominibus in hodierni sermonis perspicuitatem vertere et ampliore verborum gyro, explicare formulas quasdam, ut aiunt, techniques, quae huius disciplinae imperitis obscurae esse consueverunt.

Propterea quod haec pondus habent legis, quae cunctis philosophiae et theologiae catholicis scholis viget, multo magis a vobis speramus fore, ut non solum externo ductu, verum etiam intimo indicio et studio celsis his obsequamini normis ad universam catholicam doctrinam, ad ea quoque, quae iura et socialem ordinem attingunt, spectantibus.

Adsidua manu versate codices, ubi religionis instituta, leges, historia continentur; (piae vero nova ferunt tempora sagaci indagatione perpendiculariter et in scientiae sacrae usum convertite. Pax vestra, placidae operositatis amica et comes, caelestibus veris reflexis refulgeat. Ita inter arduos montes lacus abietibus coronatus tranquillus caeruleorum poli arcuum repercussam reddit imaginem.

Neque volumus silentio praeterire aliud, quod Nobis valde cordi est, Leonianam videlicet Operum S. Thomae Aquinatis Editionem, quae novo studio oportet provehatur : de incepto enim agitur, quod eximio vobis decori erit ac philosophicis et theologicis disciplinis, quarum Doctor Angelicus dux semper peritissimus et inoccidua lux est, emolumento perenniter mansuro et olim aequa aestimatione pendendo.

In praedicatione ferventes. Magnum mysterium, dilectissimi Nobis, praedicatio. Salus enim humani generis fides; fidem autem praedicatio progignit, sicut scriptum est: «Fides ex auditu».⁹ Inter Dei Verbi Incarnationem ac praedicationem arcta convenientia, mira propinquitas et necessitudo. Discipulus Christi similiter ac Beatissima Virgo Maria Christum hominibus praebet, donat, dat: christifer est. Deipara Virgo Maria vestivit Christum membrorum induit. Evangelii praeco eum vestit aereo verborum corpore : illic et hic Veritas, quae homines docet, quae hornines illuminat et sospitat : modus inaequalis, virtus eadem.

⁸ Art. 2».

⁹ *Itom.* 10, 17.

Hic vero maternus honor, haec laus, haec dignitas ad vos singulari nomine pertinet. Servate nomen vestrum, servate vestra:^h militiam : nemo a praedicationis officio, socordiae vel metus causa, abstineat.

Immo vestrum est in hoc labore caeteros antecellere. Concordet in vobis os semper cum moribus : quod dicitis exemplo fulcite. Quamvis humanae litterae utiliter descendae et colendae sint, ne verbum Dei debito decore privetur, tamen sermonis Dei robur caelstis est Spiritus Sancti gratia, precibus et piis operibus implorata. «Agit itaque noster iste eloquens, cum et insta et sancta et bona dicit, neque enim alia debet dicere : agit ergo quantum potest, cum ista dicit, ut intelligente! ut libenter, ut obedienter audiatur : et haec se posse, si potuerit, et in quantum potuerit, pietate magis orationum, (piam oratorum facultate non dubitet, ut orando pro se. ac pro illis (pios est allocuturus, sit orator antequam dictor».¹⁰

Tria igitur sint ea, ad (piae adsiduas curas et cogitationes vestras convertatis, ut nomine et re Doniiniciani sodales sitis: pax, doctrinae studium, praedicatio : non seiuncta. sed simul iuncta : non separata, sed simul amata. Hisce praesidiis honorate professionem vestram, occurrite ministerio Nostro, everso succurrite saeculo. « Sit vobiscum gratia, misericordia. pax a Deo Patre et a Christo Iesu Filio Patris in veritate et caritate».¹¹ Imit autem ex animo ominati, vobis Apostolicam Benedictionem amanter impertimus.

III

*Ad Sodales e Societatibus (Ia istiauis Onera riorum Italiae.**

Con paterno affetto vi diamo il benvenuto, diletti figli e figlie, ed in voi salutiai¹² le moite migliaia di lavoratori e di lavoratrici cattolici. che voi rappresentate e per il cui maggior bene vi siete in questi giorni adunati nel vostro primo Congresso italiano. Voi sapete che Ci torna sempre gradito di vedervi riuniti intorno a Noi nella casa dei Vicario di Cristo.

Voi siete (pii convenuti da tante regioni del bel cieo italico per implorare la Benedizione del Padre comune su di voi e suile vostre deliberazioni. Volentieri ve la impartiamo. Sia questa Benedizione segno e sorgente di forza per una triplex solepne pro¹³ essa di fedeltà, con cui voi ponete fine al vostro Convegno romano : promessa di fedeltà a Dio, alia Chiesa, alia Patria.

*¹⁴ S. Augustinus, *Dc doctrina Christiana* c. 15, n. 32: Migne, PL, t. 34, coi. 103.

¹⁵ 2 Io. 3.

• Die 29 mensis Septembris :i. 1945 habita